

- No. 178. Cod. turc. foll. 66, 4<sup>o</sup>, char. neschi et in nesthā'liq scriptus, continens varia ad historiam turcicam pertinentia, quorum pleraque sunt thārīchāth, i. e. breves notationes annorum quibus haec illa acciderunt, et oratione pedestri et versibus conscriptae. Fol. 27 v. — 52 r. Narratio de imperio Omāno H. A. H. 1031 (Chr. 1622) abrogato et Mustafae I reddito, deinde de hoc ipso iterum ab imperio remoto et Murādo IV selecto A. H. 1032 (Chr. 1623). Narrationem scripsit Ssālāq - Husēin Thūghī. Fol. 57 v. — 58 v. Index omnium stationum ab urbe Uskudār (vulgo Scutari), e regione Constantinopoleos sita, usque ad Meccam, ad Husum eorum qui peregrinationem sacram suscipiant. Fol. 60 r. — 62 r. Thā'bir - nāmeh quod sub nomine Kithābi - Sultān - Ma'hmūd venit, idem quod in Cod. 142, f. 84 — 89, exstat. Fol. 62 v. Aliud Thā'bir - nāmeh, cuius auctor Hadhrēth - Dja'fari - Tadjār dicitur, in tabella dispositum et ad singulas mensis noctes pertinens. Fol. 63 v. — 64 r. Index omnium stationum ad quas auctor anonymus, ab urbe Budūn (Buda Hungarica) Constantinopolin proficiscens, devertit.
- 179. Cod. turc. foll. 180, 4<sup>o</sup>, char. neschi diligenter scriptus et vocalibus instructus. Continet Kithābi - theferrudji - umerā, i. e. Librum oblectationis principum, qui, ut in praefatione legitur, exhibet versionem turcicam libri Raudhath - el - 'ulemā, i. e. Viridarii eruditorum, a Ma'hmūd Ibn - Tschūpān, ex urbe Aqserāi oriundo, concinnatam et Pāscae Suleimān - Beg, Maecenati suo, dedicatam.
- 180. Cod. arab. foll. 174, 8<sup>o</sup> maj., char. nesthā'liq crassiori scriptus. Eo continentur 1) f. 1 v. — 43 v. Kāfjah Ibn - el - hādhibi. Cf. Cod. 89. 2) f. 44 v. — 62 v. Syntaxis arabica Kāfjah similis, sed ea brevior. 3) f. 63 v. — 96 v. Syntaxis arabica versibus conscripta, cui nomen Nihājeth - el - behdjeh. Auctor in fine testatur, se eam absolvisse A. H. 900 (Chr. 1494 — 5). Scriptio a librario absol. A. H. 1085 (Chr. 1674 — 5). 4) f. 97 v. — 125 v. Idem in praefationem El - Mifbā'hi Com-

- mentarius, quem exhibent Codd. 89, 96, 117 et 274 (5) f. 126 v. — 156 v. Ipse El - Mifbā'hi, in fine mutilus. Abruptus est in sectione quarta capitis quinti et ultimi. Cf. Cod. 89, No. 3. 6) f. 157 v. — 166 v. Centum regentes, auctore Abū - Bekr - Abd - el qāhīr Ibn - Abd - er - rā'hmān El - Djordjānī. Cf. Cod. 89, No. 4. 7) f. 167 v. sqq. Tractatus Anonymi de sexaginta regentibus (āmīl), triginta rectis (ma'mūl), et 10 rectionibus (āmēl s. i' rāb). Cf. Cod. 222, No. 7. Totus codex multis notis marg. et interlin. instructus est. Script. abs. A. H. 1082 (Chr. 1671 — 2).
- No. 181. Cod. turc. foll. 90, 4<sup>o</sup>, char. diwani scriptus, e variis partibus compactus: 1) f. 1 — 5 v. Narratiunculae de Naf - ed - dīn Chōdja quodam, ridiculae stoliditatis homine. 2) f. 8 r. — 39 v. Epistolae cum versione italica, singulis epistolis subjuncta. Finis excidit. 3) f. 40 v. — 53 v. Kithābi - thārīchi - Mah' mūd - Pāschi - Welī, Historia vitae Ma'hmūd - Pāscae, viri sanctissimi, qui aetate Murādi II et Muhammedis II floruit, atque hujus jussu strangulatus est. 4) f. 54 v. — 60 v. Risālei - Afaf - nāmēi - Lutfi - Pāschi - Ibn - Abd - el - moīn, Tractatus Lutfi - Pāscae, qui Solimani I summus Vezirus fuit, de hoc ipso munere recte obeundo. 5) f. 62 r. — 86 r. Epistolae publicae et libelli supplices.
- 182. Cod. persico - turcicus foll. 212, 4<sup>o</sup> min., char. neschi scriptus: Lughathi - Ni'meth - allah Ibn - Ahmed Ibn - Mubārek Er - Rūmī, Lexicon persico - turcicum. Inter auctores suos Ni'meth - allah in praefatione citat Uqnūmi - 'Adjem (cf. Cod. 85), Qāsīmijei - Lutfi - allah 'Halimī (cf. Codd. 90 et 169), Wesileth - el - maqūsid, Ssi - hā'hi - 'Adjem duplex, antiquius minus et recentius majus. Operis tres partes hae sunt: 1) f. 2 r. — 13 v. Infinitivi persici cum interpretatione turcica, ordine alphabetico. 2) f. 13 v. — 18 v. Expositio de ratione qua voces persicae a se invicem derivantur, et de usu grammatico aliquot particularum, turcice. 3) f. 18 v. — 200 v. Nomina substantiva et adjectiva persica cum interpretatione turcica, quae or-